Fragmentarium

ut eadem res sit gravis et levis insimul. levis autem in respectu eius quod est maioris vacui. et hoc erit cum fuit maioris pleni. gravis autem in respectu eius quod est minoris vacui. et hoc est cum fuit minoris pleni.

Quidem quod gravitas non dicitur.

Et dicamus etiam quod antiquorum abnegantium vacuum et et dicentium quod nullum vacuum existit in mundo quidam ut dixerunt de gravi et levi et nullam distinctionem dederunt inter ea ut pictagoras et empedocles. quidam autem locuti sunt de his de eis et distinctionem fecerunt inter ea. sed non distinxerunt quare hoc corpus sit grave hoc autem leve simpliciter: et quare illa semper movetur ad superius hoc autem ad inferius et quare corpus quod dicitur licet sit maius in spissitudine licet sit maius est levius alio minoris spissitudinis quoniam cum isti locuti fuerunt de hoc tamen non a parte et etiam contradixerunt sensui. et hoc manifestum est sicut diximus supra.

Hic quidem complevit contradictionem credentes quod vacuum est causa levitatis omnibus modis possibilibus dici ab eis sub natura quod sunt secte antiquorum in hoc ad demonstrandum quod ipse addidit. et inuit cum tres secte quoniam quidam non dicebant vacuum esse et etiam neque dicebant de causa gravis et levis. Quidam vero non dicebant esse vacuum esse sed locuti sunt de causa gravis et levis sed neque dixerunt de causa propter quam hoc est leve simpliciter, sed de eis que sunt secundum comparationem tantum. Quidam autem dicebant vacuum esse et primo erat in hoc. c. in istis est per se et dixit et contradixerunt sensui. quia cause quas dederunt non convenient huic apparenti sensui de levi simpliciter et est quod omnis pars eius movetur semper ad superius et etiam de gravi simpliciter. c. quod omnis pars eius movetur ad inferius neque possunt facere convenientiam etiam inter hoc quod dicunt de paucitate et multitudine parvum. et hoc quod videtur quod quedam corpora sunt maiora et sunt hec leviora. dicentes autem vacuum esse non possunt dare causam in hac que non possunt dare causam gravis et levis simpliciter.

Et tamen autem et de igitur levi etc.

Et dicamus quod dicentes quod causa levitatis est multitudo vacui necesse contingit eis etiam hec opiniones et non possunt evadere ab eis scilicet igne cui minus est de corporeitate quam in aliis corporibus et de vacuo plus quam in aliis et secundum hoc bene potest esse magnus ignis in quo sit ex corporeitate magis quam existat in terra pauca. et est levior ea. Si igitur dixerunt quod res forte est levis propter vacuum existens in ea non propter corpus reddebimus eis cum quo diffinitis grave simpliciter: dicet enim propter multitudinem corporis quod est in eo. et tunc dicetur

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 45, fol. [25]r – Aristoteles, <i>De caelo</i>, with commentary by Averroes (https://fragmentarium.ms/view/page/F-tq1r/9563/70234)